HIERONYMUS
um 836/859 Seite 17v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sonat & consequenter captiuitate uicina. im
mo iam imminente urbis excidio ignis ad
hibetur. ut sub translatione conflationis
purum argentum remaneat. quod aere.
stagno. ferro. plumboq; mixtum fuerat
atq; uiolatum. quorum tria aes. stagnum &
plumbum. fusilis materiae sunt & igni sol
uuntur. Ferrum uero inter incudem & mal
leum mollescit atq; tenuatur. & diuersas
accipit formas. pro ut uoluntas artificis fue
rit; sicut igitur argentum quod supradicta
metalla uiolarunt in fornace mittitur.
ut ablatis sordibus & adulterinis materiis
purum remaneat. Ita inquit congregabo
uos in medium hierusalem. & babylonia obsi
dione circumdabo. ut succendam in uobis
ignem ad conflandum. quodq; tibi facit
flammarum ardor immensus. hic fames &
pestilentia facit. ut post quam congrega
uero uos atq; succendero inigne furoris.
tunc requiescam. & contemptus dolorem.
poenarum urarum ultione conpescam.;
Et hoc totum faciam. ut post quam effudero